Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tionis tuæ in auribus meis exultauit in gaudio infans in
utero meo. Et beata quæ credidit quoniam perficientur ea quæ
dicta sunt ei a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea
dominum. & exultauit spiritus meus in deo salutari meo.

Morale Omnibus ut quibus fide exigunt fide Ambrosius.
astruant & ideo angelus eui abscondita nunciaret ut
fides astrueretur exemplo senioris feminæ sterilisque con
ceptui uirgini mariæ nunciauit ut omne possibile
deo quod ei placuerit assereret. In exaltatione s. Crucis.

Ego si exaltatus fuero a terra. Iohannes.
omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans quam morte esset morturus. Respondit ei turba.
Nos audiuimus ex lege quia xpc manet in æternum. & quo
modo tu dicis exaltari oportet filium hominis.
Quis est iste filius hominis. Dixit ergo eis ihc adhuc modicum
lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis. ut non te
nebræ uos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris.
nescit quo uadat. Dum lucem habetis credite in lucem ut
filii lucis sitis.

Quæ omnia in ex quibus princeps mundi eiicietur foras. non
autem dixit omnis; omnia. nam enim omnium est fides.